rerum gestarum utrumq. esse non potest uerum. et linguę potius credatur. unde
est in latina po-interpretes factorum nr latio.

II Secunda aetate saeculi primahuius die quae est uicesima septima mensis secundi.
egressus est noe de arca. in qua pauci. id est octo animae saluae factae sunt per aquam.
quod commemorans in epistula beatus apostolus petrus mirifice factum exponere
curauit cum subiunxit. quod et uos nunc similis formae saluos fecit baptisma. non
carnis depositio sordium. sed conscientiae bonae interrogatio in dn. per resurrec
tionem ihu xpi qui est in dextera di. In aqua diluuii baptismum. In arca ecclesiam
tenebat ecclesia & fideles illius. In octonario animarum numero mysterium dominicae
resurrectionis in cuius fide baptizamur doceri esse figuratum.

dn dcl vii Sem. c. amorum genuit arfaxat biennio post diluuium abarfaxat chaldeos oriunde
duxisse hieronimus scribit. superuixit autem sem. ut ab arfaxat. d. an. usque ad
quinquagesimum annum natiuitatis iacob.

an dcxciii Arfaxat. an xxxv. gen sale. hic lxx interpretes una generatione plus quam hebraica
ueritas posuere dicentes. quod arfaxat cum esset annorum cxxxv. genuerit cainan.
quicum. c xxx annorum fuerit. ipse genuerit sale. quorum traditionem euange
lista lucas. hoc in loco uidetur esse secutus. uerum cronographi. graecorum cum genera
tionum seriem ad auctoritatem hebraicam castigassent. ablata una generatione cainan.
nec tamen numerum annorum in generationibus quas cum eis habuere communes
ad eorum auctoritatem castigare curassent propriam secuti auctoritatem dederunt.
huic aetati annorum summam minorem quidem lxx translatorum editione annis
cxxx. sed hebraica ueritate annis. dcl maiorem. id est annos dcccxlii. uixit autem ar
faxat. post natum sale. an ccc & ut ibi. cum tamen lxx post natum cainan. scribunt.
annis cccc xxx. & cainan post natum sale. cccc xxxviii.

an dcc xxiii Sale an xxx gen heber. cui super uixit. an cccciii. lxx. ante natum heber posuere. an cxxx.
postea ccc xxx. ab hoc heber hebreorum nomen & genus oritur.

an dcc Heber amorum xxxiiii. genuit falech. cui super uixit. an. cccc xxx. lxx. ante natum
falech. an posuere. cxxxiiii. postea cc lxx falech interpretatur diuisio. cui propter
ea talem nomen imposuere parentes. quia tempore natiuitatis ipsius terra per linguarum
confusionem diuisa est. cuius diuisionis arnobius rethor in expositione psalmi. cuiu
tamen meminit. Sem primogenito noe. pars facta est a persida. & bactris usque in indiam
longe & usque rinocoruros. quae spatia terrarum habent linguas sermone barbarico

III Ter

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1449/0256